

1552

1628 25

6/

Quod .

DEUS OPTIMUS MAXIMUS

Felix faustumq; esse velit,

Disputationem hanc valedictoriam

DE DONATIONIBUS,

Pro felici & gratioso ex hac Academia discessu

*Consensu & permissu Nobilissimæ Facultatis
Juridicæ,*

In auditorio Ictorum publicè proponit

JOHANNES GRYPHIANDER

J. U. D.

RESPONDENTE

AUTORE GERICIO,

Halberstadenfi.

Ad diem 28. Martij.



J E N Æ,

TYPIS JOHANNIS BEITHMANNI.





VIRIS

*Amplissimis, Consultissimis, & Prudentissimis,
Dominis*

CONSULIBUS ET SEN-
TORIBUS Reipub.

Halberstadenfis

Universis ac singulis; Patribus patriæ fidelissimis;

Dominis Patronis ac fautoribus suis omni obser-
vantia cultu colendis,

Legalem hanc disputationem
Publicæ velitationi subjectam,

In

Academici Exercitii symbolum,
Gratitudinis & observantiæ debitæ testimonium,
amoris & favoris concepti fuscitabulum,

Mittit submittit

aitat dedicat

Autor Gericius
Halberstad. Saxo.



DISPUTATIO,
DE DONATIONIBUS.

THESIS PRIMA.



Donatio Icto teste, dicta est à dono, quasi dono datum rapta à Græco. Nam hi dicunt δῶρον καὶ δῶρεῖσθαι id est, donum & donare in l. 35. §. 1. de mort. caus. donat. Adde l. 194. de V. S. Quæ notatio, Grammatica sit an Logica, dubitari potest? Et videtur utraq; concurrere, nisi quod per metonymiam effectus pro causa accipitur.

II. Donum enim à donatione, ut effectus à sua causa differt. Eodemq; sensu donum idem est quod munus, salvâ tamen differentia, quam subtiliter Ictus inter hæc duo statuit in d. l. 194. de V. S. l. 214. eod. De qua vide Alciat. lib. 3. disp. 15. Goedd. ad l. 18. de V. S.

III. A Philosophis beneficium dicitur, quod definit Seneca libr. 1. de benef. 6. Unde à Feudista tanquam genus ad feudum porrigitur in c. unic. 2. Feud. 23. Et similes sunt species sive exempla, donaria in l. 21. C. de S. S. Eccles. Alciat. 13. par. 4. donativa in l. 10. §. 1. de re milit. Sueton. in Calig. c. 46. Turneb. libr. 19. advers. 21. & libr. 25. c. 18. Congiara Cuiac. 10. obs. 37. Alex. ab Alex. libr. 5. c. 24. missilia §. 45. Inst. de R. D. l. 2. C. de Consul. Svet. in Aug. c. 98. in Cal. c. 18. in Neron. c. 11. Sportulæ in l. 5. §. pen. de don. inter vir. l. 6. §. 1. de decur. l. 120. de legat. 1. Alex. d. c. 24. Xenial. 6. §. 3. de offic. procons. ubi Gothfr. Goedd. in l. 94. de V. S.

lautea Kirchner. libr. 2. de leg. 2. n. 48. Natalitia Goedd. in l. 18. de V. S. n. 11. ubi vid. plura. Adde precarium l. 1. §. 1. l. 14. de precar. l. 14. §. 11. de furt. Legatum in l. 36. de Legat. 2. §. 1. inst. eod. quod tamen quomodo à donatione differat, vid. Gomez. 2. resol. 4 n. 5.

IV. Donatio hæc in genere definiri potest, quod sit liberalitatis actus, quo quid nullo jure cogente alteri conceditur. arg. l. 1. l. 29. de donat. l. 82. de R. J. l. 19. de V. S. Seneca d. c. 6. Dn. Fomannus disp. inst. 13. th. 2.

V. D d. vulgò ut Wes. in π. ff. h. t. n. 2. Goedd. in d. l. 18. n. 8. liberalitatem genus donationis faciunt, sed Metonymicè, cum sit causa donationis, d. l. 1. in pr. de donat. perinde ut Ictus voluntatem pro habitu voluntatis posuit in definitione justitiæ l. 10. de I. & I. Quanquam Senec. libr. 1. c. 5. nimis Philosophicè, beneficium est ipsa tribuentis voluntas. Atq; ita liberalitas pro donatione accipitur in l. 35. pr. de legat. 3. quam per congiarium exponit Cujac. lib. 10. obs. 37. in fin.

VI. Est ergo de essentia ac forma donationis, ut non ex necessitate juris, sed ex libera voluntate proveniat. d. l. 1. d. l. 82. de R. I. l. 47. de oper. libert. l. 5. §. 15. de donat. int. vir. l. 21. eod. quia nemo in necessitatibus liberalis existit. l. 18. de adim. leg. Quod ex intima Stoicorum disciplina profluxit, de qua Sen. lib. 3. de benef. 21. & 22. Vis scire quando non sit beneficium, ubi dici potest, quid si nollet? ubi verò id præstat, quod nolle licuit, voluisse laudandum est, & c.

VII. Unde mera ac propria donatio non est, quæ ex alia causa impulsiva, quàm ex virtutis & amoris affectu profiscitur. d. l. 1. l. 5. h. t. qualis est donatio remuneratoria l. 19. §. 1. l. 27. de donat. l. 12. pr. mandat. quæ non ex mero lucro, sed quasi ex debito donatario contingit. l. 7. & seqq. pro socio. quod honorarium Ictus vocat in l. 1. pr. si mens fals. mod. dix. l. 6. pr. mandat. A quo non multum abit palmarium l. 1. §. 12. de extraord. cognit. Ita dictum à palmo, quod Græci δῶρον vocabant, & ideo δῶρον munera, quia manu donantur Plin. libr. 35. c. 14. Pertinent huc salaria d. l. 1. §. 8. de extraord. cognit. nutricia d. l. 1. §. pen. didactra & cætera, quæ mercedis nomine veniunt.

VIII. Propterea multa singularia in donatione remuneratoria recepta sunt, veluti quod hæc in dubio non præsumatur

sumatur, sed mera donatio potius, nisi causa & merita, ob quæ facta esse debet, à donatore expressa sit, aut al. às liquidò probari possit. *Myns. 4. obs. 75. per d. l. 27. h. t.*

IX. Deinde nec insinuationem requirit, *Gail. 2. obs. 39. n. 24. Wes. cons. 38. n. 36. vol. 1. nec inter patrem & filium prohibita est. Gail. 2. obs. 38. n. 5.* quia non est propriè donatio, sed quædam accepti beneficij compensatio *Bart. in l. frater à fratre n. 57. ff. de condict. indeb. & in l. 1. h. t. per d. l. 27. hoc. tit. l. 12. mandat. l. 21. de donat. int. vir.* Imò genus quoddam permutationis, *l. 25. §. 11. de petit. heredit.*

X. Sed & licet donator de eviçtione regulariter non teneatur. *l. 2. C. de Eviçt. l. 18. §. fin. de Eviçt. l. 131. §. fin. de V. O. Dn. Foman. d. 13. q. 2. Dn. Arũ. Exerc. 6. q. 17. Wes in w. h. t. n. 7.* quia nemo in liberalitate gravandus est *l. 16. de usur.* nec debet donator suæ liberalitatis pœnam pati *l. 62. de Edil. edict. Paul. 5. sent. 11. §. 5.* in hac tamen aliud dicendum videtur, quia non ex titulo merè lucrativo res ista donatio obvenit. *Bart. in d. l. 131. §. 1. de V. O.*

XI. Deniq; donatio remuneratoria revocari propter ingratitudinem nequit *l. 34. §. fin. h. t.* quia non ex mero arbitrio sed quodammodo ex debito profecta est. *d. l. 27. h. t.* siquidem naturâ debitum etiam debitum est *l. 13. l. 14. de cond. ind. l. 1. de novat. l. 16. §. 3. de fidejuss.* cujusmodi ex antidotali obligatione nascitur, *l. 25. §. 11. de petit. her.* ad quod exsolvendum naturâ impellimur, nisi ingratitudinis vitio obstringi velimus, de quo multa *Senec. 4. de benef. 18. & seqq.*

XII. Nec illa pura donatio est, quæ fit ob causam, quia cessante causâ cessat donatio *l. 1. de donat. h. & tt. C. de donat. quæ sub mod.* Eoq; nomine datur condictio ob causam datorum *d. l. 1. C. de donat. quæ sub mod. l. 9. pr. de cond. caus. dat.* Et ratio est, quia non simpliciter id voluit donator, sed ita demum, si aliquid factum fuerit. *d. l. 1. de donat.* Quod liberalitati maxime adversatur *Seneca libr. 4. de benef. 14. teste.* Non est beneficium, inquit, quod in quæstum mittitur, hoc dabo, hoc recipiam auctio est. Imò contractus est innominatus, do ut des vel facias. *l. 5. §. 1. de præscript. verb.*

XIII. Talis est donatio propter nuptias *§. 3. inst. h. t. l. 1. §. ult.*

§. ult. ff. eod. d. l. 9. pr. de cond. caus. dat. Cui jure Saxonico responderet dotalitium mulieri quasi in compensationem dotis in bonis mariti constitutum. *lib. 1. art. 44. Sandrecht.* Unde etiam reciprocae donationes appellantur à Jafone in l. 12. C. de inoff. testam. n. 2. *Zobell. p. 2. differ. 49.* Quibus & feudum annumerari potest, ut quod plerumq; propter servitia constituitur, §. ult. 2. *Feud. 23. & 2. Feud. 51. in fin. & passim.* Quas species donationum munera potius dici quàm dona docet *Goedd. in d. l. 18. n. 10. de V. S. per l. 194. eod.*

XIV. Quod si, ut plerumq; fit, ea intentione detur, quod speret donator, se amplius quid recepturum, quàm dedit, dignus est decipi, *Seneca teste, lib. 1. c. 1. qui de recipiendo cogitavit prius quàm daret.* Demus beneficia inquit, non forenoremus. Alioquin in formam crediti transeunt. Eoq; casu evanescente spe cessat conditio, l. 3. §. 7. de cond. caus. dat. l. 70. de hered. inst. l. 64. de leg. 1.

XV. Toties ergò pura ac absoluta donatio est, quoties nec spes lucri vel receptionis subest, quia ad beneficium dandum non adducit cogitatio sordida & avara, sed liberalis. *Seneca lib. 4. c. 14. nec ratio necessitatis, qua quis jure quodam cogi possit, ut aliquid det vel faciat l. 47. de oper. libert.* Quoties autem pura donatio est, toties conditio cessat. l. 53. de R. J. l. 1. de cond. indeb. l. indebitum. C. eod. *Dec. in d. l. 53. de R. J. n. 2. per c. debito, res x de jurejur.*

XVI. Unde quamvis transactioni datio & remissio quaedam insit, l. 1. ff. de transact. l. 34. C. eod. tamen quia ea plerumq; non sponte, sed ex necessitate propter timorem litis l. 2. C. de transact. inicitur, donatio non est, nisi forte is prætexus sit transactionis, ac res certa ac indubitata donationis causa remittatur. d. l. 1. de transact. l. 29. §. 1. de donat. Quod nunquam præsumitur, nisi probetur. *D d. in l. 40. de pact. VVes. in π. de transact. n. 5.*

XVII. Itaq; qui ex testamento etiam invalido transegit, ridiculè donationem allegat, quæ prætenu ingratitudinis cujusdam revocari possit. d. l. 2. C. de transact. l. 1. de condit. caus. dat. Ut enim ex testamento isto nihil peti potuisset, tamen quia lis fuit, hoc ipsum, quod à lite disceditur, causa videtur esse, quæ conditionem impedit. l. 65. pr. de cond. indebit.

XVIII. Al

XVIII. Alia ratio est imaginarij contractus, cum fides facti simulatur, non intercedente veritate *l. 54. de O. & A.* ut sunt exempla in *l. 27. de pos. l. 10 in fin. mandat. l. 3. & 4 commod. l. 12. de aqua. plu. v.* Hic enim plus valet quod agitur, quàm quod simulatè concipitur. *tot. t. C. plus valere quod act. l. 21. C. de transact.* Et nudus & imaginarius contractus pro non facto habetur *l. 55. de contr. empt. l. 16. de R. 7.* maximè si in fraudem legis vel alterius tertij fiat. *l. 1. C. plus valer. quod ag. l. 23. C. mand. Coler. ad c. 1. de except. n. 25.*

XIX. Itaq; in obscuris hisce casibus intentio contractuum, & quid actum sit, investigandum est, ut si revera contrahere voluerint, verus contractus fictitium donationis titulum absorbeat. *l. 7. l. 8. C. de contr. empt.* Est enim illa colorata donatio *d. l. 23. C. mand.* actitulus donationis quæsitus, *l. 7. §. 6. de donat. int. vir. qui veritati non præjudicat. l. 10. C. de donat. l. 18. C. de probat.*

XX. Sin donandi animus adsit, alterius autem contractus color quæsitus, donatio prævaleat. *l. 3. l. 9. C. de contr. empt. l. ult. ff. pro donat.* Talis est venditio uno nummo facta in *l. 66. de jur. dor.* olim actibus nonnullis legitimis adhiberi solita *§. 6. Inst. quib. mod. patr. l. 29. de stat. liber. l. 6. C. de emanc.* item locatio *l. 20. l. 46. locat. à Feudistis libellaria dicta, ac prohibita in c. un. §. 1. 2. Feud. 9. §. 2. Feud. 73.* Et generatim omnes contractus donationis causa celebrati *l. 5. §. 5. l. 31. l. 32. §. 24. l. 54. de donat. mort. caus. l. 36. de contr. empt.*

XXI. Nec tamen si paulò minori precio res veneat, statim donatio erit. *d. l. 5. §. 5. de donat. int. vir. l. 36. de contr. emt.* modò non dimidium pretij & ultra desit *arg. l. 2. C. de resc. vendit.* quia à potentiori semper fit denominatio. *l. queritur. ff. de stat. hom. Dec. in l. 16. de R. 7. n. 1.*

XXII. Talis est contractus simulatus, cum pecunia per tertium sub usuris collocatur, ejusq; nomen instrumento obligationis inseritur, qui tamen creditum de suo non numeravit. Quod toto die contingit, nec ullum crimen habet. *l. 4. l. 5. §. 1. t. C. si quis alter. vel sib.* Multi enim in instrumentis legi sua nomina molestè ferunt, *Ciceron. teste libr. 2. ad Heron.*

JVXX

XXIII.

XXIII. Ponamus casum hunc de facto contigisse, no-
menq; mulieris cujusdam, conscio marito ejus instrumento
obligationis inferum, eoq; colore rem actam, quasi mulier
putativa creditrix, vero domino obligationem mutui do-
nasset. Domino ac creditore, cum usuras aliquandiu titulo
donationis percepisset, unà cum muliere defuncto, maritus
ejus contra heredes veri creditoris, actionem rei vindicatio-
nis instituit, donationem invalidam arguens. Queritur quid
juris? Et quin obstat exceptio simulati contractus, nullum est
dubium, de qua vid. Coler in d. c. 1. de except.

XXIV. Quem casum ferè in terminis complexi videntur
Imp. in d. l. 4. & 5. C. si quis alter. vel sibi. Ubi rescribunt, mulieris
nomen instrumento inscriptum verò domino nihil præjudi-
care, ne tum quidem, si ipsa tabulas instrumenti habeat. Imò
meram esse calumniam, si ipsa actrix (vel maritus ejus æque
conscius) possessionem à vero domino avocare velit, vel si
rea sit, eam contra bonam fidem proprietatem sibi usurpare.
Et in l. 7. C. de pos. solutionem ejus competentem improbè recu-
sare.

XXV. Dolo ergò facit maritus, qui sciens simulatio-
nem intercessisse, id petit, quod ad se non pertinere intelligit.
l. ult. C. unde vi. Et contractum, qui ex bonà fide oritur ad per-
fidiam trahit. l. 11. C. de pos. ad hoc ut contra naturalem æquita-
tè ex aliena jactura locupletetur. l. 14. ff. de cõdict. indeb. l. 28. de dolo
mal. Quid enim i. e. aliud quàm fidè fallere? l. 1. de const. pec. & ar-
canum penes se ab amico homine depositum retinere, & frau-
dem jure tueri jurando? ut Jur. loq. sat. 13. Quod quàm grave sit
scel^o const. ex Deut. 6. v. 2. l. 11. C. de pos. Nov. 88. c. 1. Ambros. 2. offic. 29.
Arist. problem. sect. 29. q. 2. & 6. usque adeo ut furti speciem sapiat.
l. 29. de pos. & infamia maculam annexam habeat, l. 10. C. de pos. l.
1. ff. qui not. infam.

XXVI. Quid autem si maritus literis propria manu
scriptis convictus simulatione non neget, sed sub simulata do-
natione latuisse veram affirmet? Esset hæc simulatio simula-
tionis, quæ non facilè locum aut fidem invenit: perinde ut con-
tra exceptionem doli non admittitur replicatio doli l. 754. ff.
de R. J.

XXVII.

XXVII. Et cum simulatio non præsumatur, nisi probetur
*d.l.4.C.si alt. vel sib. ubi Gothofr. Dec. in d.l. imaginario 16. de R. J. in
 fin. Coler. in d.c.1. de except. num. 28.* quod propter difficultatem
 argumentis & conjecturis fieri potest, *Honded. conf. 46. volum. 1.
 num. 11.* à quâ probatione confessio mariti actoris reos rele-
 vat; multò minus simulatio simulationis præsumenda erit,
 occurrente aliâ præsumptione contrariâ, qua donatio nun-
 quam præsumitur, quando potest alia conjectura capi *l. 25.
 de probat. l. 18. de adim. leg. Wes. vol. 1. conf. 42. num. 70.* præsertim
 in foeminis, quarum natura semper tenax est & avarissima,
*l. 33. §. 1. de donat. int. vir. l. 16. Codice de donat. ant. nupt. gl. in l.
 Nesennius. ff. de negot. gest. usque adeo, ut foemina liberalis sit
 instar miraculi, dicente Baldo, quem refert Tiraq. in ll. concub.
 l. 9. gl. 1. part. 9. num. 49.*

XXVIII. Sed redeamus ad definitionis genus, quod ex
 ipsa rei natura petitum est, ut Philosophi donationem consi-
 derant. Jcti in usu juris propius genus addunt, sed ut inter
 ipsos non conveniat. Alii enim modum acquirendi domini
 esse malunt, alii contractum. Ultrumque in usu juris reperitur.
 Prius in *§. ult. Inst. de usu & habit. §. ult. inst. de donat.* Posterius
 in *l. 17. C. de fid. instr. l. 8. C. de præscript. 30. vel 40. l. 55. ff. de O. & A.
 l. 7. C. que vi met. Wes. in x. hoc tit. num. 2.*

XXIX. Distinctionis foedere hæc admittenda dicimus,
 ut donatio illa, quâ res donata donatori de manu in manum
 traditur, de qua est *in l. 1. in pr. de donat.* sit modus acquirendi
 domini, Et quidem civilis, *d. §. ult. de us. & habit.* Contractus
 non sit, quia nulla obligatio donatario nascitur traditione,
 jam facta. *arg. §. 2. inst. hoc tit. l. 35. §. 1. C. eod. l. 9. in fin. ff. eod.* Actio
 enim nunquam ultrò possessori datur, cui quod possideat suf-
 ficit, *l. 1. §. 6. uti poss. Dn. Arum. exerc. Inst. 6. tb. 12. Gomez. 2. re-
 sol. 4. num. 1.* Quo pertinet illa Plinii notatio superius tradita,
 item illud dare est dominium transferre, *l. 74. §. ult. de V. O.
 l. 167. de R. J.*

XXX. Illa verò donatio, quæ rem promittit tantum non
 etiam tradit contractus est, quia subest contractus & conven-
 tio, *l. 7. §. 2. de pact. l. 2. §. 2. de donat. l. 33. §. 3. eod. Gomez. d. loc.*
 Modus acquirendi non erit, traditione nondum subsequatâ,

B

l. 1. de

l. 1. de acquir. poss. l. 20. Cod. de pact. Sive id fiat per pactum nudum, quod legitimum dicitur l. 35. §. ult. C. de donat. l. 6. de pact. sive per stipulationem l. ult. in fin. Codice. de pact. l. 17. C. de fid. instr. contractus stricti juris erit, l. 22. ff. hoc tit. d. l. 35. §. 5. ejusque naturam in & nomen induet l. 7. C. de his que vi. l. ult. C. de rer. permut. Wes. π. d. n. 7. Petr. Greg. Tholos. lib. 28. synt. 7. n. 5.

XXXI. Simile exemplum feudum nobis suppeditat, quod est beneficium, ut per traditionem consumatur *c. 1. 2. F. 23. quatenus verò mutua obligatio intervenit, contractus dici potest, Zas. pa. 1. de feud. num. 5. Schrad. pa. 2. cap. 2. num. 1. Dn. Fom. disp. 12. cor. 1.*

XXXII. Decidi potest hinc quæstio, unam rem duobus donatam, & uni prius promissam, alterius posterius traditam, uter in dominio potior sit? Hunc præferimus *l. 12. l. 15. C. de R. V. eique soli rei vindicationem concedimus, d. l. 15. quia in pari causa semper potior est is, cui res tradita est l. 9. §. ult. de publ. act. l. 32. §. fin. de act. empt. l. 6. C. de hered. vend.*

XXXIII. Porro in donationis materia considerata veniunt, 1. personæ donantium, 2. donatariorum, 3. res quæ donantur, 4. modus donandi, in denique; 5. donationis rescissio.

XXXIV. Donatores ergo quod attinet, quamvis beneficium dare quivis alteri possit & debeat, quia nulli præclusa virtus est, sed omnibus patet, omnes invitat *Seneca lib. 3. de benef. 18. L. L. tamen non omnibus donare permittunt, partim, quia iudicio carent l. 12. de judic. §. ult. Inst. qui & à quib. man. l. 4. C. de spons. quod si beneficio detraxeris, desinit esse beneficium. Senec. 1. de benef. 2. partim, quia liberam alienandi facultatem destituuntur l. 7. de donat.*

XXXV. Quicumque ergo obligari non possunt, multò minus donare poterunt, ut furiosus, mente captus *§. 1. Inst. de inut. stip. l. 5. l. 41. de R. J. prodigus l. 6. de V. O. pupillus §. 1. inst. de auct. tut. l. 59. de O. & A. l. 41. de condict. indeb. Et alii, de quibus Treutl. disp. 6. th. 5. Tholos. lib. 28. synt. 9.*

XXXVI. Sed etsi obligari possint, non tamen non liberam rerum suarum administrationem habeant, donare poterunt *l. 7. de donat. l. 163. de R. J. veluti minor, qui licet contrahere, sine tutore possit l. 101. de V. O. alienare tamen res pretiosas & immo-*

immobiles non potest *l. 1. de Reb. eor. qui sub tut. rubr. § l. 4. Cod. de præd. minor.*

XXXVII. Quamvis autem earum rerum administratio ad tutores & curatores pertineat *l. 33. de admin. tut. l. 8. C. de nupt.* tamen cum non sint res eorum propriæ, sed pupillares, eas donare non possunt, *l. 22. de admin. tut. l. 46. § fin. eod.* quia de suo quisque non de alieno liberalis esse debet, *l. 12. C. de donat.* sed nec ipsorum auctoritate pupilli vel minores, *d. l. 1. de reb. eor.* quia ad hujusmodi damnosam alienationem decretum judicis requiritur, *d. l. 46. §. fin. l. 12. de cur. fur. l. 4. Cod. de præd. min. Hering. de fidejuss. cap. 7. num. 95.*

XXXVIII. Mulier sui juris quin jure communi contrahere *l. 20. l. 21. de in rem vers. l. 12. C. ad SC. Vell. Auth. si qua mulier. eod. l. 95. §. 2. de solut. &* donare possit, nullum est dubium *l. 6. C. de revocand. donat.* licet casus ille rarissimè contingat *l. 4. ff. ad SC. Vell.* nisi alicubi statutum extet, ut mulier sine consensu propinquorum contrahere vel donare non possit, de quo *Myns. 2. obs. 34. Gæd. de contr. stip. c. 7. n. 265.*

XXXIX. Sed an in uxore marito obligata idem juris sit, majoris est controversiæ? Jure Saxonico non negamus, uxori sine consensu mariti bona sua alienare vel donare non licere *art. 31. & art. 45. lib. 1. Sandr.* Jure civili distinctionem facimus inter res dotales & paraphernales, ut illas quidem sine consensu mariti alienare non possit *l. 21. C. de donat.* ubi pro decem dotem legimus *l. 17. l. 22. C. de jur. dot.* has liberè possit *d. l. 6. C. de revoc. donat. l. si mulier. C. de pact. conv. Zobell. pa. 2. diff. jur. Sax. 22. & seqq.*

XL. Stante ergo jure Saxonico, stante etiam statuto, quo defuncti conjugis bona ad superstitem devolvuntur, per formulam usitatam: *senger & eis senger Gut* de quo vid. *Frid. Solern in tract. de lucro dotis*, si tamen in pactis dotalibus quædam bona sibi reservasset, tam quo ad dominium, quam usumfructum poterit de hoc suo peculio suâ industriâ ac parsimoniâ aucto liberè donare uxor *arg. l. 9. §. 3. de jur. dot. l. 39. de pecul. Cod. l. 6. C. de rev. donat. l. 8. C. de pact. convent.* nec enim statutum de dote lucranda ad paraphernalia extenditur *Joh. Frid. Sol. de lucr. dot. quest. 22.*

B 2

XLI. Imò

XL I. Imò si maritus donationi interfuisset, neque contradixisset, consensisse intelligitur *l. 12. de evict. l. ad honorē §. ult. de decur. l. fin. C. de remiss. pign. Cravett. in tract. de ant. temp. p. 1. §. queritur etiam n. 29.* Multò magis si literis propriâ manu scriptis consensum declarasset, quò casu non tacitè saltè, sed & expressè consensisset, si quidem *juxta Bald. Angel. & Imo l. in l. qui in alien. §. de acquir. her.* maritus post decennium non potest retractare factum uxoris suæ, quia ex tanti temporis lapsu sollemnitas debita intervenisse præsumitur. *Angel. conf. 183. col. 2. Bart. Socin. conf. 15. lib. 1. Joban. Compeig. de dot. quest. 82. cum seq.*

XLII. Et quid si pecunia donata & tradita jam dudum sit præscripta? Quod quin fieri possit accedente bonafide, justo titulo, aliisque requisitis nihil causæ est. *pr. Inst. de usuc. l. 36. ff. l. 106. de V. S. l. 136. de R. J.* Qui titulus pro donato dicitur *rub. & t. t. pro donat.* In quo non requiritur, ut donator verus dominus fuerit, ut imperitè statuunt illi, qui se principia juris ignorare declarant, quia tum donatio valida statim dominium transferret *pr. Inst. de donat. l. 1. ff. eod. nec præscriptionis adminiculo, cui titulus pro donato de servit. l. 1. pro donat. indigeret, l. 14. de exc. rei jud. §. 10. Inst. de legat. l. 4. §. 19. de usuc. Caler. in rubr. de præscr. n. 7.* sed hoc saltem, ut putet donatarius donatorem jus donandi habuisse *l. 3. & ibi Wes. in c. pro don. l. 32. §. 2. de usuc.* cui opinioni etiam bona fides inest *d. l. 109. de V. S. & ibi Gæd. Alciat. & al. l. 22. de nox. act.*

XLIII. Sed jam quæritur, cum dominium non nisi ex una causa acquiratur, *d. l. 14. de exc. rei jud.* an hæ exceptiones omnes locum habeant, ita ut primò exceptio simulatæ donationis, deindè casu, quo illa probari forte nequit, donationis de jure validæ, & denique præscriptionis, à reo conditionaliter proponi possint? Et hic infantiam suam produnt, qui id negant, *per l. 43. ff. de R. J.* ubi Decius dicit, quòd hac cautela utantur advocati, qui primo id negant, deinde sub conditione except. opponant. *c. nullus pluribus & ibi Dyn. eod. in 6. l. nemo. de exc.* Exempla ferè in terminis habes *apud Honded. vol. 1. conf. 46. & 47. Coter. in c. auditis. extr. de præscr. n. 4. & ibi Canonist.*

XLIV. Donatione tanquam invalida & inofficiosa rescissa, an usuras pecuniæ donatæ hæctenus perceptas lucrabitur donata.

donatarius? Utrique si bona fide ea percepit *d.l.136.de R.7.l.48.*
de acq.rer.dom.l.45. de usur. usque ad litis contestationem l.22.
C.de R.V.l.91. §. fin. de legat.1.

XLV. Lubet & hoc addere, stante statuto, de quo diximus, an nihilominus uxor mortis causa donare vel testari poterit? Quod *aff. Dd. quia art. 31. lib. Sandr. ad contractus tantum* pertinet, non ad ultimas voluntates. *Zobell. d.p.2. diff.22. add. p.2. const. elect. 12. Schn. in §.1. inst. h.t.t. num. 18.* quas amputari vel restringi libertas naturalis non patitur *l.1. C. de SS. Eccles. l.61. ff. de V.O. & ib. Dd. l. ex eo. C. de inut. stip. Honded. vol.1. conf. 40. nu 10.*

XLVI. Personis donare prohibitis ex defectu liberæ administrationis addimus Principes ac Reges nonnullos, imò ipsum Imperatorem Roman. qui ditiones sibi subjectas alienare non possunt sine consensu subditorum, aut ordinum Imperii *Socin. Reg. 139. Hotom. illustr. q. 1. Tholos. 7. de Rep. 16.* quia sicut domini interest non mutare subditos, ita subditorum interest non mutare dominum *arg. l.3. de alien. jud. amit.* Unde etiamsi fabulosa Constantini M. donatio Pontifici R. de facto vera esset, jure tamen non subsisteret, quia nec Imp. jus donandi, nec Pontifex jus accipiendi habuisset *vid. Arnif. 1. polit. 13.*

XLVII. Item Prælatos & Rectores Ecclesiarum, qui res Ecclesiæ suæ aliis donare non possunt, quia earum procuratores sunt, non domini *c. 2. de donat. c. 4. de reb. Eccles. non alien. c. sin. exceptione 12. q. 2.* nisi certis requisitis intervenientibus de quibus *vid. Tholos in part. jur. Canon. lib. 3. t. 19. c. 3. Hakelm. disp. jur. Canon. 9. & 18.*

XLII. Præterea inter alias quoque personas ex speciali ratione donatines prohibita sunt veluti inter cōjuges *t. t. de don. int. vir. & uxor. nisi mortis causa l. 9. §. 2. l. 10. l. 11. ff. eod. inter patrem & filium in potestate constitutum l. 25. C. de donat. int. vir. l. 2. C. de inoff.* Cujus rationem reddit *Tholos. lib. 28. synt. 9.* Et filius familias aliis quoque donare nequit, nisi de peculio castrensi vel quasi aliisque casibus; de quibus *Dd. in l. 7. ff. h. t. vid. Trent. 2. d. 19. th. 4.*

XLIX. In personis, quibus donari possit plenius jus receptum est. quia magis favetur accipientibus, quam dantibus. Quia in re tamen multum peccatur, dum quod *Seneca lib. 1. c. 1.*

Et pass. conqueritur, beneficia nec dare scimus nec accipere. Sequitur enim, ut malè collocata malè debeantur, de quibus non redditis serò querimur. Ista enim perierunt, cum darentur. Consentit Ictus in l. 7. de donat. donare est perdere.

L. Tales sunt donationes meretricibus factæ, quæ licet à ll. improbentur l. 12. §. 11. mand. l. 8. pro empt. l. 43. de rit. nupt. non tamen planè annullantur l. 5. de donat. cum cesset repetitio l. 4. §. 3. de cond. ob turp. caus. nisi in focariis militum l. 41. §. 1. de testam. milit. l. 14. de his qu. ut ind. aufert.

LI. Item Venatoribus, histrionibus, scurris, parasitis, & id genus aliis donare vitium magis est quàm virtus c. donare & seqq. dist. 86. Quo tamen in aulis Principum nil usitatus est, quorum licet propria debeat esse virtus liberalitas, quia donare est actus nobilitatis, Dd. in c. 1. extr. de donat. tamen illa teste Julio Claro. in §. donatio hodiè ab aula recessit erga benè merentes. Adhuc enim verum vetus verbum, quod refert Diogen. Laert. Pone coquo minas decem, medico drachmam, assentatori talenta quinque, consiliario fumum, meretrici talentum, Philosopho triobolum.

LII. Sed nec iudicibus quicquam dare vel accipere licet, l. 6. §. fin. de offic. proconsul. l. 18. de off. pres. l. 1. C. de Contr. iud. quia munerum acceptatio prævaricatio est veritatis c. qui rectè 11. q. 3. c. non licet. eod. c. non sine 14. q. 5. usque ad eò, ut ille quoque iudicem corrumpere videatur, qui ideo dedit, ut secundum se in bona causa iudicaret l. 2. §. fin. de condict. ob turp. caus. sed id quò sanctiori jure prohibetur, eò minori usu observatur. Tantum esculenta quædam ab offerentibus sponte oblata accipere volunt Dd. in d. l. 6. §. 2.

LIII. Sibi ipsi quoque donari non posse superfluum fuisset colligere, ex l. 1. de auct. tut. quia inter dantem & accipientem distinctio esse debet. c. fin. extr. de inst. nisi apud Stoicos id controversum fuisset, possit ne aliquis sibi beneficium dare de quo Senec. 5. de benef. 7. Uti nec invito vel nolenti dari potest, l. invito de R. 7. l. in hoc §. non potest. h. t. propter acceptationem scilicet, quæ in donatione requiritur.

LIV. In donationem veniunt res omnes, quæ sunt in commercio hominum, ut possint fieri accipientis l. 9. §. fin. de donat. l. in-

1. *l. inter stipulantem §. sacram d. V. O. l. 34. §. 1. de contr. empt.*
tām præsentēs quàm futuræ *l. spem. C. de donat. l. 1. de hered. vel. act.*
modò non donatio in prohibitionem. *l. fin. Cod. de pact. inci-*
dat. Unde quæritur, an donatio omnium bonorum præsen-
tium & futurorum valeat? Quod affirm. per *l. 17. §. 1. que in*
fraud. cred. l. 8. C. de rev. donat. Dn. Arum. Exerc. Inst. 6. th. 15. An
autem sub indefinita donatione omnium bonorum etiam fu-
tura continebuntur? Quod negam. cum *Trentl. 2. d. 19. th. 5.*

LIV. Sunt & alię res alienari prohibitæ, consequenter et-
iam donari, veluti bona feudalia *c. un. §. donare qualiter olim*
pot. feud. Emphyteutica l. 3. C. de jur. Emphyt. Borch. de feud. c. 3.
Item jure Saxonico bona immobilia avita *Stamgüter art. 52.*
libri. Sandr. quemadmodum explicat A. E. p. 2. const. 12. nisi consen-
su dominorum ac heredum descendantium sc. accedente.

LVI. Forma donationis in insinuatione consistit, si do-
natio simplex 600. solidos excedat *§. alia. 2. inst. h. tit.* Coetero-
quin solus consensus contrahentium sine ulla scriptura sufficit
d. §. 2. l. 28. §. 2. eod. l. 29. l. 31. C. eod. Unde etiam tam inter absentes
quàm præsentēs fieri potest *l. absent. de donat. c. si tibi extr. de*
præbend. Tholos. lib. 28. c. 13. Verùm jure Saxonico ad bona im-
mobilia donata semper insinuatio judicis requiritur *art. 52. lib.*
1. Sandr. Zobell. d. p. 2. diff. 28.

LVII. Ad formam etiam pertinet conditio, quæ quanquam
rebus donatis apponitur, quæ quilibet potest dicere legem plerumque
rei suæ *l. 1. de donat. t. t. de donat. que sub mod.* Unde hæc onerare
rebus inhærent, & cum iis ad successores vel possessores transeunt.

LVIII. Revocatur donatio variis ex causis, veluti propter in-
gratitudinem enormem *§. 2. inst. h. t. l. 9. & 10. de Rev. donat.* superve-
nientiam liberorum *l. 8. C. eod. & c.* Sed & alia beneficia donato-
ribus competunt, veluti quod ad usuras ob moram non con-
demnantur *l. 22. b. t.* quod non tenentur, nisi in quantum face-
re possunt *l. Nesennius §. fin. de re judic.* sed & re alienata datam eamque
evictam non præstat evictio à donatore, nisi dolo fecerit *l.*
Aristo. 18. §. fin. de dol. mal. Tholos. lib. 28. c. ult. n. 5. Quæ omnia foe-
cundiora sunt, quàm ut paucillis hisce pagellis includi pos-
sint. Itaque bono cum Deo hisce concludimus.

Corolla-

Corollaria.

I.

Arresta regulariter prohibita sunt, ut ex const. Imper in Comitibus Spirensibus Ann. 70 edita in Camera mandata sine clausula de relaxando arresto decernantur Geil. 1. obs. 148. n. 10. Coler. de proces. exsec p. 1. c. 2. n. 105

II.

Qui allegat exceptionem à regula, debet specificè probare casum, super quo dubitatur, esse unum ex illis, in quibus lex arrestationem permittit. Wes conf 7. v. 1. Coler. d. c. 2. n. 211.

III.

Omnia arresta, etiam in casibus permissis oblata cautione iudicio sisti & iudicatum solvi relaxanda sunt d. const. Imp de ann. 70. §. *wan auch die* arresta Coler. d. c. 2. n. 105. Wes conf 7. n. 7. vel iudex, si id renuit litem suam facit, & ad usuras & interesse tenetur Wes. & Col. p. 2 cap. 3 num. 39

III

Doctores Magistros aliosq; Scholares, qui vel in persona vel in rebus arrestari præsumserit, non solum infamiae notam contrahit, verum etiam ad quadrupli præstationem ex constit. Frider. Imper. in auth. habita C. ne filius pro patre tenetur Eberh. Spechan Bremensis p. 2. quæst. class. 1 q 15.

F I N I S

ULB Halle
005 132 614


3



W 17







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

od .
US MAXIMUS
q; esse velit,
valedictoriam

INATION.

US,
hac Academia discessu
abilissimæ Facultatis

publicè proponit
RYPHIANDER
D.

ENTE
ERICIO,
denfi.
Martij.



Æ,
BEITHMANNI.

? 1628 n5

6/

1612/18

